INHIBITIONVM ET MAGISTRATVS IVSTITIÆ ARAGONVM.

TRACTATVS.

IN QVO DE INHIBITIONIBVS, ET EXECVTIONE PRIVILEGIATA, & guarentigia facienda, ac eadem in vim exceptionum, ſeu iurisfirmæ retardāda agitur: variæque iuris reſolutiones practicæ cum totidem deciſionibus: nec non conſuetudines Regni Aragonum ad iuris terminos redactæ traduntur, & explanantur.

AVCTORE IOSEPHO DE SESSE I.V.D. OLIM IN ILLERDENSI, ET CÆSARAV*guſtano Gymnaſio Iuris canonici publico interpræte, deinde Iuſtitiæ Aragonum, Locumtenente, Regenteq; hodie Regiam Regni Aragonum Cancellariam & Sanctiſſimi Prætoris contra hæreticam prauitatem Conſultore, Tertijque Ordinis Minimorum Sancti Franciſci de Paula indigno fratre.*

ILLVSTRISSIMO AC ADMODVM ILLVSTRIBVS D.D. DON DIDACO Fernandez Cabrera & de Bobadilla Comiti de Chinchon, ac præſidi Dō Monſerrato Guardiola, Don Ioanni Sabater [illegible] de Clauero, Don Ioſepho Banatos, Martino Monter de la Cueua, Don Philopo Tallada, Saluatori Fontanet, Sacri ſupremi Senatus inclitę Coronæ Regni Aragonum Senatoribus dicatum opus.

Num. 41. cax. 4.
Num. 26. 27.
1ª
14644



Año, 1618.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

CVM LICENCIA ET PRIVILEGIO.

BARCINONÆ.

Ex Typographia Gabrielis Graells, & Geraldi Dotil,
Expenſis Ioannis à Bonilla.

Priuilegio de la Corona de Aragon.

NOS DON PHELIPPE por la gracia de Dios Rey de Caſtilla, de Aragon, de Leon, de las dos Sicilias, de Hieruſalem, de Portugal, de Vngria, de Dalmacia, de Croacia, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galiçia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdeña de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales, Islas y tierra firme del mar Oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, de Brauante, de Milan, de Atthenas y de Neopatria, Conde de Habſpurgh, de Flandes, de Tyrol, de Barcelona, de Roſſellon y Cerdaña, Marques de Oriſtan, y Conde de Goceano. Por quanto por parte de vos el Magnifico y amado conſejero nueſtro el Doctor Iuſepe Seſe en la nueſtra Audiencia Real del dicho Reyno de Aragon, me ha ſido referido, que con vueſtra induſtria y trabajo aueys compueſto vn libro intitulado, Tratado de inhibiciones, y del Magiſtrado del Iuſticia de Aragoneſes, el qual es muy vtil y prouechoſo, y le deſſeays imprimir en los nueſtros Reynos de la Corona de Aragon, ſupplicandonos fueſſemos ſeruido hazeros merced de licencia para ello. E nos teniendo conſideració a lo ſobredicho, y que ha ſido el dicho libro reconocido por perſona experta en letras, y por ella aprouado, paraque os reſulte alguna vtilidad y por la comun, lo auemos tenido por bien. Porende con tenor de las preſentes de nueſtra cierta ſciencia y Real auctoridad deliberadamente y conſulta, damos licencia permiſſo y facultad a vos el dicho Doctor Iuſepe Seſe, que por tiempo de diez años contaderos deſde el dia de la data de las preſentes en adelante, vos o la perſona o perſonas que vueſtro poder tuuieren, y no otro alguno, podays y puedan hazer imprimir y vender el dicho libro en los dichos nueſtros Reynos de la Corona de Aragon. Prohibiendo y vedando expreſſamente, que ningunas otras perſonas lo puedã hazer por todo el dicho tiempo ſin vueſtra licencia permiſſo y voluntad, ni le puedan entrar en los dichos Reynos para vender de otros a donde ſe huuiere imprimido, y ſi deſpues de publicadas las preſentes huuiere alguno o algunos que durante el dicho tiempo intentaren de imprimir, o vender el dicho libro, ni meterlos impreſſos para vender, como dicho es, incurran en pena de quinientos florines de oro de Aragon diuididero en tres partes, a ſaber es vna para nueſtros cofres Reales, otra para vos el dicho Doctor Iuſepe Seſe, y otra para el acuſador, y demas de la dicha pena, ſi fuere Impreſſor, pierda los moldes y libros q̃ aſsi huuiere imprimido. Mãdãdo cõ el miſmo tenor de las preſentes a qualeſquier Lugartinientes y Capitanes generales, Regentes la Cancilleria, Regente el officio y portantes vezes de nro general Gouernador, Alguaziles, Porteros, Vergueros y otros qualeſquier oficiales y miniſtros nros mayores y menores en los dichos nueſtros Reynos y ſeñorios cõſtituydos y cõſtituyderos y a ſus Lugartinientes y Regentes los dichos officios, ſo incorrimiento de nueſtra yra e indignaciõ, y pena de mil florines de oro de Aragon, de bienes del que lo contrario hiziere exigideros y a nueſtros Reales cofres applicaderos, que la preſente nueſtra licencia y prohibicion y todo lo en ella contenido, os tengan guarden, tener guardar y cumplir hagan, ſin cõtradicion alguna, y no permitan ni den lugar a que ſea hecho lo contrario en manera alguna, ſi demas de nueſtra yra e indignacion en la pena ſobredicha deſſean no incurrir. En teſtimonio de lo qual mandamos deſpachar las preſentes con nueſtro ſello Real comũ en el dorſo ſelladas. Dat. en Madrid a catorze dias del mes de Octubre, Año del Naſcimiento de nueſtro Señor Ieſu Chriſto Mil ſeys cientos y ſiete.

YO EL REY.

V. Couarr. Vicecan.
V. Ferro pro gen. Theſ.
V. Clauero R.
V. Monter R.
V. D. Phi. Tallada R.

V. Don Monſ. de Guardiola R.
V. Don Io. Sabater R.
V. Don Ioſephus Banyatos R.
V. Villanoua conſ. gener.

Dominus Rex man. mihi don Fran. Gaſſol viſa per Couarr. Vicecan.
Ferro pro gener. Theſ. Guardiola, Clauero, Sabater, Monter, Bañatos,
& Tallada Regentes Cancell. & Villan. Conſ. generalem.

In Diuer. xvj. fol. Cxj.

 APRO

ILLVSTRISSIMO AC ADMODVM ILLVSTRIBVS D. D. DON DIDACO FERNANDEZ CABRERA ET DE BOVADILLA

Comiti de Chinchon ac præſidi Don Monſerrato Guardiola, Don Ioanni Sabater, Didaco Clauero, Don Ioſepho Bañatos, Martino Monter de la Cueua, Don Philippo Tallada, Saluatori Fontanet Sacri ſupremi Senatus inclytæ Coronæ Regni Aragonum Senatoribus dicatum opus.

SI vlla vnquam tempora in Hiſpanijs fortunata, hęc ſunt maximè in quibus literarum ſtudia exiſtunt florētiſsima. Tanta nāq; in vtraq; lingua, et latina et Hiſpana eloquentia, et erudicio, vt in hac elegantia, in illa dignitate, Græcos atq; Latinos nō ęquare, ſed vincere multorū docti libri videatur: quę quando ſibillæ folijs certiora patent, lubēs, volensq. prętereo: doctorū namq. opinione firmata fruſtra niteremur confirmare. Huiusce rei igitur veriſsima omittens teſtimonia, cauſam ſolummodo, quamobrem id fiat breuiſsimè afferam, regū ſcilicet prudentiam, & benignitatē, qui bonas literas & fęlicia ingenia multis honoribus proſequantur: quę etſi prædictis ſint multo veriora, cum ſole meridiano clariora fulgeāt, hiſtoriç tamen veteris monumēta euoluens, breui, vt inſtituti ratio poſtulat, confirmabo: Macedoniæ namq. cęptrum tenente Philippo Rege, & humanitate, et benignitate prædito, tunc Plato, tunc Ariſtoteles omnis philoſophiæ principes claruerunt, vt contra Imperium Romanū gubernatore Caligula literarum oſore, nemo ea ipſa ætate literas fuit proſequutus. Quod ſi quis eiuſce rei cauſam quērat auidus, eſt duplex in promptu.

Vna

ergo harum non modo legum,ſed totius iuris animã, ſiquidem vniuerſo iu-
ris corpori vitam pulchre largimini, hanc iuris particulam, ne emori patia-
mini,ipſam fouete,alite atque ſuſtentate,vt vobis fouentibus viuat,& viuenti
bus augeatur: maxime autem,cum id nocturna, diurnaq; manu tentauerim,
difficultates obſcuras explicando,& obſcuritatem inuolutam elucidando: vt
putem omnes mihi equiores fore, & hunc laborem æqui boniq; conſultos,
cum videant me in tanta rerum varietate, & aliquam vtilitatem meis attuliſſe;
& honeſto exemplo multorum ſtudia, (cum res ſit vt nouè incepta,ſic abſolu
tu difficilis) ad id perficiendum,vel cum valetudinis meæ diſpendio incitaſſe
Gratitudinis ergo beneuolentiæ, & amoris erga vos mei ſignificationem ſolũ,
accipietis;nam vt iuræ multis nominibus hæc vobis a me debita,ſic veſtro tã-
to nomini parua, & vix in choata eſſe video. Exit igitur hoc quaſi opus illud
Appellis tantummodo inchoatum,ſed perfectum quidem, & abſolutum cor-
pus fiet, ſi veſtra authoritate, atque doctrina,qua multum poteſtis, ac
valetis,vt oro, & obſecro, atque vt actenus in me,meiſque
omnibus ſponte feciſtis, opus hoc nomini veſtro
dicitum tueamini.

SVMMA EORVM QVAE

IN HAC ANACEPHALÆOSI

totius operis continentur.

NAuta in experti infælicitas, & peri cuculum num. 1.

1 *Fidãtia iuris de iure cõmuni ad impediendam executionem inſtrumenti non admittitur, de iure vero huius noſtri Regni ſecus eſt, vt num. 2.*

3 *Firmarum remedium in Regno reorũ beneficium eſt, timentium in ſua poſſeſsione turbari.*

4 *Firmans principaliter intendit non turbari, aut vexari in ſuis iure, & poſſeſsione: Et vnde id habuerit originem explicatur, & num. 5.*

6 *Firmans, libellum iudici offerre, & ordinarie agere non tenetur: Quia ſolum agit ad prohibendam vim de facto & de præſenti non vero de futuro, vt num. 7.*

8 *In interdicto vti poſsidetis, & interdicto interim, ſine litis pendentia ordinarie agendum eſt; quamuis in hoc nũ tamen ordinarie, vt in illo.*

9 *Firma iuris, in qua firmanti ius, & forus reſiſtunt, vel contra eum præſumptio iuris eſt, & alteri aſsiſtit, cum ſola poſſeſsione non prouidetur: niſi aliquo etiam titulo iuſtificata ſit.*

10 *Præſumptio iuris dicenti ſe habere iuriſdictionem in Regno, fortiter reſiſtit: Et aſsiſtit Principi.*

11 *Poſſeſsio ea præſumitur vitioſa, cui iuris præſumptio reſiſtit.*

12 *In lite pendente non poteſt conſeruari ille, cui iuris præſumptio reſiſtit, & alteri aſsiſtit.*

13 *Preſentatio iuris firmæ litis pendentiam inducit.*

14 *Firma iuris dari non poteſt, ei cui ius, & forus reſiſtunt, vt ſup. n. 9.*

15 *Titulus ad iuſtificandam poſſeſsionem, an requiratur verus, an vero ſufficiat coloratus remiſsiue traditur.*

16 *Firma iuris non ſolum non habet locũ in quatuor caſibus notorijs hic enumeratis, habentibus executionem priuilegiatam; ſed etiam in debito manifeſto per chartam, aut partis cõfeſsionem probato.*

17 *Inſtrumentum, & confeſsio de foro, apertam habent, & promptam executionem.*

18 *Firma vt impediat exceptiones aliquas legitimas continere debet.*

19 *Firma prouiſa ſuper aliqua qualitate allegata & non probata poteſt declarari, vt num. 20. Secus quando qualitas probatur, vt num. 21. Nec iudex inhibens id facere poteſt, vt n. 22.*

23 *Firma reuocari, aut declarari nequit niſi ex iiſdem actitatis.*

24 *Firma iuris aliquando datur ad conſeruandas conſeruatorias conſeruatorum alicuius monaſterij, & qualiter, ibid. & num. 25.*

*creare conſueuit: & nihilominus mul
ta eo tempore priuatiue ad iuſtitiam
pertinebant. num. 40. & 41.*
42. *Officium Iuſtitię Aragonum, & lo
cumtenentium, non ſolum natura ſed,
& qualitate differunt.*
43. *Locumtenens iuſtitiæ nõ poteſt face-
re ea, quę priuatiue iuſtitiæ compe-
tunt: & ibi de intellectu fori certũ,
et fori, los lugares tenientes de offi-
cio Iuſti. Arago.*
44. *Iuſtitiatus priuilegia, in famulos,
et familiares minime deriuantur: et
ibi bonum exemplar recenſetur.*

CAP. I. VBI DE OFFICIO,

ET ORIGINE MAGISTRATVS IVSTITIÆ ARAgonum agitur, & diſcutitur: quid ſit, & quare ſic nominatur à quo tempore illius iuriſdictio creata, & adinuenta fuerit, ac de poteſtate, & etiã qualitate officij: & an debeat Iuſtitia Aragonum eſſe miles, ricus homo meſnadarius infantio, vel plebeius.

§. 1.

VNIVERSÆ or-
bis Monarchię, quę
Imperij diuturnita
tem, ac Regni ſta-
bilitatem optaue-
runt, cultum Iuſti-
tię veluti ſcopum,
& obiectum, ac Cardines ſui orbis
ſtatuerunt ſibi: exemplo Numę Pom
pilij, qui hæc ſuę reipublicæ funda-
menta adiecit. Idq; non immerito: ſi
ſingulares, ac diuinas huius virtutis
iuſtitię ſcilicet dotes memoria repe-
tamus. Nam ſecundum Cyprianum
in libro de duodecim abuſionibus, iu-
ſtitia Regis † eſt pax populorum, tu
1. tamen Patrię, immunitas plebis, nu-
trimentum gentis, gaudium homi-
num. Vnde Eſayas cap. 32. & 54. opus
iuſtitię pax, & cultus iuſtitię, ſilen-
tium, & ſecuritas vſq; in ſempiter-
num: & ſedebit populus meus in pul-
chritudine pacis, & in tabernaculis
fiducię, & in requie opulenta, & Pſal-
miſta Pſalmo 71. orietur in diebus
eius iuſtitia, & abundabit pax. Et
Pſalmo 84. iuſtitia, & pax oſculatę
ſunt. Eàq; remota quid aliud ſunt
regna quàm latrocinia: ſecundum
Auguſtinum lib. 4. de Ciuitate Dei
& ideo dicit Ariſtoteles ad Alexan-
2. drum iuſtitia regnantis † vtilior eſt
ſubiectis quàm fertilitas temporis,
opus namq; iuſtitię pax, & cultus
iuſtitię ſilentium, & ſecuritas vt ſu-
pra. Tanta enim eſt vis iuſtitiæ, vt
nec illi, qui in maleficio & ſcelere paſ-
cuntur ſine vlla eius particula viuere
poſſint. Nam & Princeps, latronũ
niſi æqualiter prędam diſpartiat, aut
interficietur à ſocijs, aut relinquetur
refert Tullius lib. 1. de officijs. Vnde
3. hanc virtutem † colere, ac vnicuiq;
ſua iura ſeruare ſummum bonum eſt,
c. cum deuotiſsimam 12. q. 2. Nam
initium vię bonę eſt facere iuſtitiã,
& accepta apud Deum magis quàm
immolare hoſtiam dicitur *Prouerbio-
rum capite* 16. Vnde iuſtiſsime iuſti-
tia Regina virtutum eſt: ſine qua re-
liquę virtutes non lucent, nec perfec-
tionem capiunt. Et ſic Plato lib. 1. de
republica dixit quòd iniuſtitia ſedi-
tiones, inimicitias, contentionésq; pa-
rit:

vltima queſtione ſunt aliquæ rationes magis apparentes, quam caſum decidentes, tu Lector amantiſsimè †
235 ſummo ſtudio, paſſu lento, menteque pia, per media hæc fundamenta rumpens, Religionem ac officium ſanctę Inquiſitionis coadiuuans, ac tutans, decide, & diſfine queſtionem hanc: Hecque dicta ſint ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, immaculatæ & ſanctiſsimę Virginis Mariæ Matris eius, ac Sanctorum caſtiſsimi Ioſeph, Franciſci de Azis rerũ mundanarũ contemptoris, humiliſsimi Franciſci de Paula, ſub quorum protectione greſſus meos, & opera dirigo. Alia multa dici potuiſſent, circa materiam hanc iurisfirmatum, ſed vltimam manum, & quæ deſunt his, docti imponant.

LAVS DEO.

CÆSARAVGVSTÆ.

Præmiſſa correctione & approbatione vtriuſq. Ordinarij:

Apud Angelum Tauannum, Anno M.DC.VI.

RESPONSVM IN SYNDICATV

Authoris per eundem preſtitum.

1 SYndicatus, † & re
ſidentia (vt dici-
tur) iudicum, qui
ſecundum D D.
tot⁹ iuſtitię ner-
uus dicitur Aze-
ued. lib. 3. tit. 6. l.
39. in principio vbi alij, quã ſit neceſ-
ſarius pro pacifico ſtatu regnorũ, & il-
lorũ cõſeruatione declarat reſpõſũ il-
lud, quod Ptholomeo Egiptiorũ Regi,
vnus ex ſeptuaginta interpretibus, vt
ſcribit Ayritea in ſua hiſtoria, reddidit,
dicẽs, Inquiſitionẽ aduerſus iudices, vt
iuſtitiã adminiſtrẽt, & neminẽ lędãt,
rẽ eſſe, quę valde reſpublicas & Monar
chias cõſeruat: quia eo timore, vt dixit
Cicero pro ſexto Roſio Amerino, au
dacia coercetur, & ne iudices ſuorũ ma
giſtratũ imperio ſuperbiant, iuſtitiãq;
& vrbanitatẽ, in inſolentiã & tyranni
dẽ detorqueãt, & vt ſic intelligant ſe
poſſe priuari ſuis magiſtratibus, vel
officijs, & pro ſuis exceſſibus puniri.
ſicut de conſulibus Romanis ſcribit
Eutropius, lib. 1. rerum Romana. Et
2 ſic dicit Titus Liui, quod hac mina in
quiſitionis, vel reſidentiæ, tribuni ple
bis coercebant, & tẽperabant Mãliũ
conſulẽ in ſuis magiſtratibus, ſuiſque
ambitionibus, & ſeueritatibus. Quia
ſicut expedit bonos pręmio affici, ita
quoq; malos aſperè, & ſeuęriter puni
ri. Pœna enim & pręmiũ duę ſunt co-
lumnæ ſiue poli, qui ſecũdum Cicero
nẽ ad Brut. mundũ in ſe ſuſtinent, &
idẽ quoq; dicebat Democrit, antiquus
philoſophus, & noſter Coſta lib. 3. del
gouierno del ciudadano, cap. 1. quod
adeò eſt verum vt, Solon, ſicut refert
Demoſten. oratione 2. contra Ariſto-
gitonem, in ſuis legibus pręceperit,
in puniendis plebeis, tarditatẽ eſſe ad
hibendã, in iudicũ autẽ punitione ſe-
ueritatẽ, quia illorũ punitio dilationẽ
3 admittit, non autem iſtorũ. † Et ideò
dicit Sanctus Iſydor. lib. 3. ſenten. c.
54. grauem culpã committere Prin-
cipes, qui malos iudices pro iuſtitiæ
adminiſtratione ſuis populis præfi-
ciũt. Nã vt late refert Bouadiſſa in ſua
Politica 2. to. lib. 5. c. 1. fol. 740. ex iuſti
tiæ defectu, ſtatim quoq; pacis defect⁹
ſequitur in republica, vt in Pſalmo
84. Et quia multum in hoc proſpexe-
runt Romani, fuit adeò excelſa eorũ
reſpublica, vt meruerint propter mo-
ralem iuſtitiã, maiori mundi parti do
minari, de quo Diuus Auguſtin. de ci-
uit. Dei lib. 5. c. 12. omneſq; mundi pro
uintiæ, & ſi diuerſis medijs, in hoc
ſancto & iuſto iudicio, ſuarũ Monar-
chiarũ fecerunt fundamẽta. Dulcet. in
ſingularib. ſuis de Syndi. q. 1. n. 13. An-
gel. de Syndica. n. 2. De ſummo Im-
perato. & Principe Scimus iuxta glo.
in c. ſolitæ de maiorit. & obed. teneri
rationem Deo reddere de iniuſtitia
ſubditorum §. ſcriptũ in auth. vt iud.
ſine quo ſufra. Auil. in prœmi verbo
conſcientias, num. 1. gloſ. vbi ſupra.
Et ſimiliter Reges qui in ſuis Regnis
ſuperiorem non recognoſcunt, de
quibus in glo. in can. Adrianus 63.
diſt. Auil. in prœ. numero 13. eandem
rationem reddere tenentur. Qua

Hic Michael habuit inter alios quendam filium Laurentium de Seſſe vocatum qui probauit ſuam infancionìam cum Zalea Ioannis de Seſſe, fratris ſui patruelis, ſiue conſanguinei germani, in regia Audientia anno 1582. qui ex matrimonio, in ciuitate Dertuſæ, cum Hieronyma Piñol, habuit in filium Doctorem Ioſephum de Seſſe reum denuntiatum.

121 Concludendo iudices † dico id demum debere attendi verum culpa ſit corruptionis, vel ſubornationis, vel doli, aut notabilis negligentiæ, vel imperitiæ, aliàs nihil eſſe de illa curandum, cum fori à vobis iudicibus iurati id dicant, admoneant, & iniungant, curiaque generalis Aragonum, quæ ad id ſolum iuriſdictionem, & poteſtatem tribuunt, vt quatuor prædicta delicta puniantur, tanquam grauia, damnoſa, & præiuditialia regnicolis, nõ autem alia, quia generalis curia noluit hoc conſiſtorium occupari delictis domeſticis, leuibus, & non præiudicialibus, quæ magis obliuionem, quam delictum redolent. Et caſu quo nomen delicti mereantur, non tamen omnia delicta à lege puniuntur, vt dicunt eleganter Alciat. conſ. 461. n. 1. & Bal. conſ. 19. vol. 1. Tiraquel. multa cumulans in l. 9. connubialium n. 4. Grauer. de antiquit. temporũ 4. parte §. 1. n. 146. & Nata conſ. 595. qui dicunt etiam dolum, ſi neminem lædat non eſſe punibilem. Non enim ideo deſinet ſyndicatus iudicium eſſe rectum, quod ſanguinem non eiiciat imo gratius erit Deo, Regi & reipublicæ, cum ſic ſupponantur in iudicibus integritas bonitas, rectitudo, & ſapientia.

Illud à vobis conſiderari peto iudices, ab aduerſarijs per biennium meditatas fuiſſe denuntiationes iſtas totius vitæ meę perſcrutatione, & nõ ſolum operum, ſed etiam cogitationum, idq; diligentia cuiuſdam aduocati ſatis voluntarii cum probata ſit in proceſſu eius iactatio, denuntiationem ipſum aduerſum me inſtitututum fuiſſe, caſu quo Comes de Saſtago, me non denuntiaſſet & nihilominus, queſo iudices attendatur nihil contra me probatum fuiſſe, pios & rectos iudices quod offẽdere poſſit. Sed imo ea, quæ in proceſsibus reperiuntur in laudem & honorẽ meũ conuerti, cum ea quæ pertinent ad pronuntiationes, vel ſententias in fauorem regij fiſci, à me latas magis dici debeant tendere in fauorem regni, cum illius libertates iuſte foueant, & per contrarium denuntiatio tendit ad illas deſtruẽdas, & auertendas. Quod totum confirmare poteſt, me prorſus culpa carere, eo magis cum cauſa iſta ſit iudicanda à viris integerrimis, & nobiliſsimis, vt vos eſtis iudices, ſub quorum rectiſsimis conſcientijs, iuſtitiæque meę clipeo hec cauſa ſub firmiſsimo prẹſidio, & tutela manebit.

Ioſephus de Seſſe.

Sententiæ latæ in proceſsibus denuntiationum Comitis de Saſtago, & aliorum in fauorem Doctoris Ioſephi de Seſſe, Locumtenentis Iuſtitiæ Aragonum.

IN DEI NOMINE Amen, Nos don Didacus de Monrreal, Epiſcopus Oſcenſis, Doctor Gabriel Sora Canonicus ſanctæ Sedis Metropolitanæ Ciuit. Cæſarauguſtæ D. Martinus Cabrero, D. Ioannes Fernandez de Ijar, Ludouicus Ortiz, Ioannes Michael de Palom[illegible] Ioannes Chryſoſtomus de ſancta [illegible] morales, Laurentius Laſus[illegible]nymus de Funes, nouem [illegible], viſo proceſſu, & illius merito [illegible]iciationis oblatæ, pro parte I[illegible]ſsimi D. Gabrielis Blaſco de Alagon, Comitis de Saſtago, & domini temporalis villę de Pina, contra Doctorem Ioſephum de Seſſe Locumtenentem Iuſtitię Aragonum, attentis his, quæ iuxta forum attendi debebant, auditis partibus in his quę coram nobis verbo, & ſcriptis dicere, & allegare voluerũt Deum præ oculis habentes, de cuius vultu omne rectum procedit iudicium, omnes vnanimes pronuntiamus, ſententiamus, & abſoluimus Doctorem Ioſephum de Seſſe, Locumtenentẽ indebite denuntiatum in preſenti proceſſu, ad inſtantiam dicti Illuſtriſsimi Comitis de Saſtago, ab omnibus & ſingulis rebus in dicto proceſſu denuntiationis contentis, & ſimul condemnamus dictum denuntiantem in expenſis, & damnis in duplum iuxta forum, illorum taxatione nobis reſeruata.

IN DEI NOMINE Amen. Nos D. Didacus de Monreal, &c. nouem iudicantes, viſo præſenti proceſſu, & meritis illius denuntiationis oblatæ, pro parte Iacobi Lacoſta, & Ioannis Laurentij Vazquez, contra Doctorem Ioſephum de Seſſe, Locumtenentem Iuſtitiæ Aragonum, attentis his, quę iuxta forum debent attendi, plenè auditis partibus, Deum prę oculis habentes omnes conformes pronuntiamus ſententiamus, & abſoluimus Doctorem Ioſephum de Seſſe Locumtenentem indebitè denuntiatum, *in preſenti proceſſu*, ad *inſtantiam Iacobi Lacoſta*, & Ioannis Laurentij *Vazquez*, ab omnibus rebus preſenti proceſſu contentis, & ſimul condemnamus dictos denuntiantes *in expenſis* & damnis in duplum iuxta forum, taxatione, & liquidatione nobis reſeruata.

Quæ ſententiæ fuerunt latę & promulgatæ, ac legitimæ intimatæ die decima octaua Auguſtis, anno Domini, milleſimo ſexcenteſimo ſecundo.

LAVS DEO.